5. Julien écrit, que si un possesseur forme sa demande en division de la chose, et que l'autre lui oppose qu'il possède par violence, la demande ne peut pas être admise même après l'année; parce que celui qui a été dé-

natus fuisse, posse eam pœnam à socio pro parte servare. Julianus autem rectè notat, ita demùm hoc verum esse, si interfuit ædium hoc fieri.

7. *Idem lib. 20 ad Edictum.*

Communi dividundo judicium locum habet et in vectigali agro. Vectigalis ager an regionibus dividi possit, videndum? Magis autem debet judex abstinere hujusmodi divisione: alioquin præstatio vectigalis confundetur.

De agro vectigali.

§. 1. Neratius scribit, arbitrum, si regionibus fundum non vectigalem divisum duobus adjudicaverit, posse quasi in duobus fundis, servitutem imponere.

De adjudicatione et servitute imponenda.

§. 2. Qui in rem Publicianam habent, etiam communi dividundo judicium possunt exercere.

De eo cui competit Publiciana.

§. 3. Ex quibusdam autem causis vindicatio cessat: si tamen justa causa est possidendi, utile communi dividundo competit; utputa, si ex causa indebiti soluti res possideatur.

De eo cui non datur vindicatio.

§. 4. Inter prædones autem hoc judicium locum non habet: nec si precario possideant, locum habebit: nec si clam, quia injusta est possessio ista: precaria verò, justa quidem, sed quæ non pergat ad judicii vigorem.

De prædone. De precaria, vel clandestina possessione.

§. 5. Julianus scribit, si alter possessor provocet, alter dicat eum vi possidere, non debere hoc judicium dari, nec post annum quidem: quia placuit, etiam post annum in eum qui vi dejecit, interdic-

Si is qui provocat, dicatur vi, aut precario, aut clam possidere.

tum reddi. Et si precario inquit, dicat eum possidere, adhuc cessabit hoc iudicium : quia et de precario interdictum datur : sed et si clam dicatur possidere qui provocat, dicendum esse ait cessare hoc iudicium : nam de clandestina possessione competere interdictum inquit.

De pignore. §. 6. Si duo sint, qui rem pignori acceperunt, æquissimum esse utile communi dividendo iudicium dari.

De usufructu. §. 7. Sed et si de usufructu sit inter duos controversia, dari debet.

De his qui missi sunt in possessionem legatorum servandorum causa. De duobus ventribus. §. 8. Item si duo à prætore missi sint in possessionem legatorum : est enim justa causa possidendi, custodiæ gratia. Ergo, et si duo ventres, idem erit dicendum. Quod habet rationem.

Damni infecti. §. 9. Planè si jam damni infecti missus, jussus sit possidere, non erit huic utili iudicio locus, cum vindicationem habere possit.

De usufructu. §. 10. Cum de usufructu communi dividendo iudicium agitur, iudex officium suum ita diriget, ut vel regionibus ejus uti frui permittat, vel locet usumfructum uni ex illis, vel tertiæ personæ, ut hi pensiones sine ulla controversia percipiant : vel si res mobiles sint, etiam sic poterit, ut inter eos conveniat, caveantque per tempora se usuros et fruituros, hoc est, ut apud singulos mutua vice certo tempore sit ususfructus.

De colonis et depositariis. §. 11. Neque colonis, neque eis qui depositum susceperunt, hoc iudicium competit, quamvis naturaliter possideant.

pouillé de sa possession a même après l'année une action prétorienne pour la recouvrer. Il ajoute qu'on doit dire là même chose par la même raison, si on oppose au possesseur qui demande la division, qu'il possède à titre de précaire, ou que sa possession est clandestine ; car il y a dans tous ces cas une action prétorienne pour recouvrer contre eux la possession de la chose.

6. Il paroît très-juste que l'action en division d'une chose commune puisse avoir lieu entre deux créanciers à qui la même chose a été donnée en gage.

7. On doit l'accorder pareillement à deux usufruitiers.

8. Elle doit de même avoir lieu entre deux légataires que le préteur a envoyés en possession des effets à eux légués pour s'assurer du paiement de leur legs. Il en faut dire de même dans le cas où le legs auroit été laissé à deux femmes enceintes ; car elles seroient envoyées l'une et l'autre en possession au nom de l'enfant qu'elles porteroient dans leur sein : ce qui est raisonnable.

9. Mais si un voisin a saisi, de l'autorité du préteur, un édifice contre le maître duquel il a demandé une caution pour s'assurer de la réparation du tort qu'il appréhendoit de sa chute, et que le préteur l'ait mis en possession de l'édifice par un second décret, il en est propriétaire ; moyennant quoi, il n'y a pas lieu à l'action dont nous parlons.

10. Lorsque deux usufruitiers intentent l'action en division d'une chose commune, pour faire partager l'usufruit entr'eux, le juge s'arrangera de manière qu'il leur accordera à chacun l'usufruit dans des portions séparées, ou qu'il louera l'usufruit à l'un d'eux ou à un tiers, afin qu'ils en reçoivent les revenus sans qu'ils puissent se disputer ; ou s'il s'agit de l'usufruit d'une chose mobilière, il peut les engager à convenir ensemble sous caution des temps où ils jouiront chacun alternativement, en sorte que la chose soit tour à tour entre leurs mains pendant le temps de leur jouissance.

11. L'action en division d'une chose commune ne peut avoir lieu ni entre des fermiers, ni entre des dépositaires, quoique le titre de leur possession soit juste, et qu'ils possèdent naturellement.

12. Lorsqu'il s'agit de partager une chose entre deux créanciers à qui elle est engagée, on n'estimera pas la portion qui doit être adjugée à chacun par la valeur réelle de la chose, mais par le montant de leurs dettes respectives. Le gage sera assigné à un des créanciers, de manière cependant que le débiteur sera toujours admis à offrir de payer sa dette, et à retirer son gage. Il en est de même si un des créanciers formant contre l'autre son action hypothécaire, celui-ci lui offre le paiement de sa dette.

13. Si un débiteur a donné en gage à son créancier sa portion dans un fonds commun, et que ce dernier, actionné par le propriétaire de l'autre portion, ou par un autre qui est son créancier, acquière le fonds entier par licitation, on n'admettra point le débiteur qui voudra rentrer dans sa portion en offrant de payer ce qu'il doit, à moins qu'il n'offre de reprendre aussi la portion que le créancier a acquise par l'adjudication. Car lorsqu'un associé a vendu sa part, et qu'avant de la livrer à l'acheteur, il a été actionné en partage, si par l'événement tout le fonds lui a été adjugé, l'acheteur ne peut point demander la délivrance, à moins qu'il n'offre d'acquérir le tout; parce que cette portion est accrue au vendeur au profit d'un autre. Il y a plus, le vendeur peut forcer l'acheteur par l'action de la vente à prendre le tout. Il faudra seulement observer s'il y a de la mauvaise foi de la part du vendeur. Mais si celui qui a vendu sa portion a été obligé dans l'adjudication de la céder à son consort, l'acheteur n'en aura pas moins contre lui l'action de la vente pour se faire rendre par lui le prix de la portion vendue. Il en est de même à l'égard de l'action du mandat et des autres actions de cette espèce.

8. *Paul au liv. 23 sur l'Edit.*

Cette action a lieu, quoiqu'il n'y ait qu'un certain nombre de consorts qui désirent que la chose soit partagée.

1. Quand on ignore si la rétention sur les legs accordée à l'héritier par la loi *Falcidia* aura lieu, le légataire et l'héritier peuvent procéder au partage du legs comme s'il étoit commun entr'eux. Le légataire a aussi le droit de revendiquer, comme lui appartenant, une portion incertaine dans la chose léguée.

Tome II.

De pignore.

§. 12. Inter eos qui pignori acceperunt, talis divisio fieri debet, ut non vero pretio aestimetur pars, sed in tantum duntaxat, quantum pro ea parte debetur: et adsignetur quidem pignus uni ex creditoribus, licentia tamen non denegetur debitori, debitum offerre, et pignus suum luere. Idemque dicitur, et si possessor pignoris, litis aestimationem pignoratitiam in rem agenti offerat.

§. 13. Si debitor, communis prædii partem pignori dedit, et à domino alterius partis provocatus creditor ejus, aut ab alio creditore alterius debitoris, licendo superavit, et debitor ejus cui res fuit adjudicata, velit partem suam prædii recuperare, soluto eo quod ipse debuit, eleganter dicitur, non esse audiendum, nisi et eam partem paratus sit recuperare, quàm creditor per adjudicationem emit. Nam et si partem vendideris rei, et prius quàm traderes emptori, communi dividundo judicio provocatus fueris, aliaque pars tibi adjudicata sit, consequenter dicitur, ex empto agi non posse, nisi totam rem suscipere fuerit paratus: quia hæc pars beneficio alterius venditori accessit. Quinimò etiam ex vendito posse conveniri emptorem, ut recipiat totum. Solum illud spectandum erit, num fortè fraus aliqua venditoris intervenit. Sed et si distracta parte, cesserit victus licitatione venditor, æquè pretium ut restituat, ex empto tenebitur. Hæc eadem et in mandato, cæterisque hujus generis judiciis servantur.

De parte prædii communis pignerata aut vendita, et de cæteris judiciis.

8. *Paulus lib. 23 ad Edictum.*

Etsi non omnes qui rem communem habent, sed certi ex his dividere desiderant, hoc judicium inter eos accipi potest.

§. 1. Si incertum sit, an lex *Falcidia* locum habeat, inter legatarium et heredem communi dividundo agi potest: aut incertæ partis vindicatio datur. Similiter fit, et si peculium legatum sit: quia in quantum res peculiares deminuit, id quod domino debetur, incertum est.

Si non omnes dividere desiderant.

De parte incerta.

De re communi deteriorata.

§. 2. Venit in communi dividundo iudicium, etiam si quis rem communem deteriore fecerit: fortè servum vulnerando, aut animum ejus corrumpendo, aut arbores ex fundo excidendo.

De causa noxali.

§. 3. Si communis servi gratia, noxæ nomine plus præstiterit socius, æstimabitur servus, et ejus partem consequetur.

De peculio.

§. 4. Item si unus in solidum de peculio conventus, et damnatus sit, est cum socio communi dividundo actio, ut partem peculii consequatur.

9. *Africanus lib. 7. Quæstionum.*

Sed postquam socius, servi communis nomine, de peculio in solidum damnatus esset, si apud socium res peculiares intercedant, nihilominus utile erit iudicium communi dividundo, ad recuperandam partem pecuniæ: alioquin iniquum fore, si tota ea res ad damnum ejus qui iudicium acceperit pertineat: cum utriusque domini periculum in rebus peculiaribus esse debeat. Nam et eum qui mandatu domini defensionem servi suscepit, omne quod bona fide præstiterit, servaturum; quamvis peculium postea intercederit. Hæc ita, si neutrius culpa intervenerit. Etenim dominum cum quo de peculio agitur, si paratus sit rebus peculiaribus petitori cedere, ex causa audiendum putavit; scilicet si sine dolo malo et frustratione id faciat.

Il en est de même à l'égard du legs du pécule d'un esclave; parce qu'on ne sait pas de combien le pécule pourra être diminué par les sommes dont l'esclave se trouvera débiteur envers son maître.

2. Si un des consorts a détérioré la chose commune, soit en blessant un esclave ou en corrompant ses mœurs, soit en coupant des arbres qui étoient sur le fonds commun, il en rendra compte dans l'instance de partage.

3. Si l'action noxale a été intentée au nom d'un esclave commun, et qu'un consort ait payé en entier la réparation du tort causé par l'esclave, dont il ne devoit que sa portion, l'esclave sera estimé, et il reprendra sur l'estimation partie de ce qu'il aura payé à cet égard.

4. De même si un des consorts est actionné solidairement pour payer le contenu en une obligation contractée par l'esclave commun dans les bornes de l'administration de son pécule, et qu'il ait été condamné, il formera son action en partage et retirera sur le pécule moitié de ce qu'il aura payé en vertu de cette condamnation.

9. *Africain au liv. 7 des Questions.*

Si, après qu'un des consorts a été ainsi condamné, les effets qui composoient le pécule ont péri entre les mains de l'autre, celui qui aura payé en vertu de cette condamnation conservera toujours une action utile de partage pour recouvrer une partie de ce qu'il aura payé; car il seroit injuste que la condamnation retombât entièrement sur celui qui s'est présenté en justice pour défendre contre la demande du créancier de l'esclave commun, puisque les deux consorts doivent courir les mêmes risques à l'égard du pécule. En effet, si quelqu'un est chargé par le maître de défendre son esclave en justice, il aura droit de se faire rendre les dépenses qu'il aura faites à cette occasion, quoiqu'ensuite il ne se trouve plus rien dans le pécule. Ceci doit s'entendre du cas où on ne pourra rien imputer à la faute d'un des consorts; car je pense qu'un maître contre lequel on intente une action provenant du pécule de son esclave, doit être déchargé de la demande, sur les offres qu'il fait d'abandonner les effets qui se trouvent dans le pécule, pourvu qu'il le fasse de bonne foi et sans fraude.

10. *Paul au liv. 23 sur l'Edit.*

Quoique l'action Aquilienne n'ait pas lieu contre l'héritier du défunt qui a causé quelque dommage à un autre, cependant, dans l'instance de partage, l'héritier d'un associé sera obligé de tenir compte des détériorations arrivées à la chose commune par le fait du défunt, pour la réparation desquelles on a droit d'intenter l'action Aquilienne.

1. Si deux consorts n'ont de commun sur une chose qu'un simple droit d'usage qui ne peut ni être vendu, ni être loué, comment pourra-t-on parvenir à régler le partage entr'eux? Le préteur interposera son autorité, et arrangera la chose de manière que si le juge adjuge à un des consorts l'usage sur lequel il le chargera de donner une pension à l'autre, celui qui recevra la pension ne sera pas regardé comme ne se servant pas de son droit d'usage. On pourra même dire qu'il exerce un droit plus considérable, puisqu'il jouit : car tout ceci se fait par nécessité, et parce qu'il n'y a pas d'autres moyens.

2. Dans le jugement prononcé en matière de partage, le juge doit estimer la chose suivant sa véritable valeur; et celui des copartageans qui reçoit une somme au lieu de sa portion, doit, en cas d'éviction, promettre de garantir celui à qui la chose est adjugée.

11. *Gaius au liv. 7 sur l'Edit provincial.*

Il faut observer que si après que la chose commune n'existe plus, un des consorts est obligé envers l'autre à l'occasion de la communauté qui a été entr'eux, celui-ci a une action utile de partage pour demander l'exécution de cette obligation; par exemple, si le demandeur a fait quelques dépenses pour conserver la chose commune, si son consort en a retiré seul quelque profit, comme s'il avoit retiré le prix du travail d'un esclave commun. Les consorts devront se faire raison entr'eux sur tous ces articles.

12. *Ulpian au liv. 71 sur l'Edit.*

S'il s'agit d'un édifice ou d'un mur commun qu'il faille réparer ou démolir, ou sur lequel on veuille appuyer quelque chose, il faut avoir recours à l'action dont nous parlons ici, ou à une action possessoire.

13. *Le même au liv. 75 sur l'Edit.*

Toutes les choses communes entrent dans

10. *Paulus lib. 23 ad Edictum.*

Item quamvis legis Aquiliæ actio in heredem non competat, tamen hoc iudicio heres socii præset, si quid defunctus in re communi admisit, quo nomine legis Aquiliæ actio nascitur.

De eo quod defunctus in re communi admisit.

§. 1. Si usus tantum noster sit, qui neque venire, neque locari potest, quemadmodum divisio potest fieri in communi dividendo iudicio, videamus? Sed prætor interveniet, et rem emendabil, ut si iudex alteri usum adjudicaverit, non videatur alter qui mercedem accepit, non uti: quasi plus faciat, qui videtur frui: quia hoc propter necessitatem fit.

De usu.

§. 2. In communi dividendo iudicio, justo pretio rem æstimare debet iudex: et de evictione quoque cavendum erit.

De estimatione et de evictione.

11. *Gaius lib. 7 ad Edictum provinciale.*

In summa admonendi sumus, quod si post interitum rei communis, is cui aliquid ex communione præstari oportet, eo nomine agere velit, communi dividendo iudicium utile datur: veluti si actor impensas aliquas in rem communem fecit, sive socius ejus solus aliquid ex ea re lucratus est, velut operas servi mercedesve, hoc iudicio eorum omnium ratio habetur.

De præstationibus personalibus. De re communis extincta.

12. *Ulpianus lib. 71 ad Edictum.*

Si ædes communes sint, aut paries communis, et eum reficere, vel demolire, vel in eum immittere quid opus sit, communi dividendo iudicio erit agendum, aut interdico uti possidetis experimur.

De ædibus, aut pariete.

13. *Idem lib. 75 ad Edictum.*

In iudicium communi dividendo omnes

De rebus exceptis, vel non.

res veniunt: nisi si quid fuerit ex communi consensu exceptum nominatim, ne veniat.

14. *Paulus lib. 3 ad Plautium.*

In hoc iudicium hoc venit, quod communi nomine actum est, aut agi debuit ab eo qui scit se socium habere.

§. 1. Impendia autem quæ dùm proprium meum fundum existimo, feci, quæ scilicet, si vindicaretur fundi pars, per exceptionem doli retinere possem, an etiam si communi dividundo iudicio mecum agatur, æquitate ipsius iudicii retinere possim, considerandum est? Quod quidem magis puto: quia bonæ fidei iudicium est communi dividundo: sed hoc ita, si mecum agatur. Cæterum si alienavero partem meam, non erit undè retinere possim. Sed is qui à me emerit, an retinere possit, videndum est: nam et si vindicaretur ab eo pars, impendiorum nomine, quæ ego fecissem, ita ut ego, poterat retentionem facere? Et verius est, ut et in hac specie expensæ retineantur. Quæ cum ita sint, rectissimè dicitur, etiam impendiorum nomine utile iudicium dari debere mihi in socium, etiam manente rei communione. Diversum est enim, cum quasi in rem meam impendo, quæ sit aliena, aut communis: hoc enim casu, ubi quasi in rem meam impendo, tantum retentionem habeo: quia neminem mihi obligare volui. At cum puto rem Titii esse, quæ sit Mævii, aut esse mihi communem cum alio quam est, id ago ut alium mihi obligem. Et sicut negotiorum gestorum actio datur adversus eum cuius negotia curavi, cum putarem alterius ea esse, ita et in proposito. Igitur et si abalienavero prædium, quia in ea causa fuit, ut mihi actio dari deberet, danda mihi erit (ut Julianus quoque scribit) negotiorum gestorum actio.

le jugement de partage, à moins que les consorts ne soient spécialement convenus d'en excepter quelques-unes.

14. *Paul au liv. 3 sur Plautius.*

On doit faire entrer dans cette instance tout ce qui a été ou a dû être fait en commun par celui qui savoit avoir un consort.

1. Quant aux dépenses que j'ai faites sur un fonds commun que je croyois appartenir à moi seul, et que je pourrois reteñir contre celui qui revendiqueroit sur moi une portion du fonds, en lui opposant une exception, pourrai-je aussi m'en faire tenir compte dans le jugement en partage, qui doit toujours être fondé sur l'équité? Pour moi je le pense ainsi, à cause de la bonne foi qu'on doit toujours considérer dans ce jugement. Je n'adopte cependant ce sentiment que dans le cas où celui qui a fait ces dépenses seroit partie dans l'instance; car s'il a aliéné sa portion il ne possède plus rien sur quoi il puisse retenir ces dépenses. Mais voyons si l'acquéreur pourroit les retenir? car si on revendiquoit sur lui une portion de la chose aliénée, il n'est pas douteux qu'il pourroit retenir les dépenses faites par le vendeur, comme le vendeur lui-même. Il est donc plus naturel de croire qu'il les retiendroit aussi dans cette espèce. Cela posé, on doit dire que, même pendant la durée de la communauté, j'ai une action utile contre mon consort pour me faire tenir compte par lui des dépenses qu'il a faites sur la chose commune. En effet, il y a bien de la différence lorsqu'on fait de la dépense sur une chose qu'on croit être à soi, tandis qu'elle est à autrui ou commune avec un autre: car si l'on fait cette dépense sur une chose qu'on regarde comme la sienne, on n'a que le droit de retenir ses dépenses; parce qu'en les faisant, on n'a pas prétendu obliger personne envers soi. Mais lorsque je fais quelque dépense sur une chose que je crois appartenir à un tel pendant qu'elle est à un autre, ou que je crois m'être commune avec un autre que mon véritable consort, j'ai intention d'obliger quelqu'un envers moi. Et de même que j'ai l'action de la gestion des affaires d'autrui contre celui dont j'ai fait les affaires, quoique je crusse faire celle d'un autre, de même aussi je dois avoir une ac-

De eo qui scit,
aut ignorat se
habere socium.

tion dans ce cas. Ainsi, si j'ai aliéné le fonds sur lequel j'ai fait ces dépenses, comme j'ai été dans le cas d'avoir cette action à intenter, on doit encore, suivant Julien, m'accorder l'action de la gestion des affaires d'autrui.

2. Si les consorts conviennent entr'eux que la chose commune ne sera jamais partagée, il est évident que cette convention ne peut avoir aucun effet. Mais si on convient de ne pas la partager pendant un certain temps, ce qui peut procurer l'avantage de la chose, la convention doit avoir son effet.

5. Si des associés sont convenus entr'eux que leur société ne pourroit pas être dissoute pendant un certain temps, il n'y a point de doute qu'un des associés qui a fait cette convention ne puisse vendre sa part; en sorte que si l'acquéreur vouloit rompre la société et demander le partage, il seroit débouté de cette demande par la même exception qu'on pouvoit opposer à son vendeur.

4. Si un associé consent à ne jamais demander sa part, la société cesse quant à son effet principal.

15. *Le même au liv. 5 sur Plautius.*

Si de deux associés qui possèdent un esclave en commun, l'un a été actionné et condamné au nom de l'esclave, il pourra former sa demande en partage avant même de payer la condamnation; car s'il s'agissoit de l'action noxale intentée contre l'un d'eux au nom de l'esclave, il pourroit demander que son associé lui abandonnât sa portion sur l'esclave, avec caution de la lui rendre s'il n'abandonnoit pas l'esclave en conséquence d'une condamnation.

16. *Le même au liv. 6 sur Plautius.*

Lorsque des associés partagent ensemble ce qui faisoit l'objet de la société, ils doivent se donner caution de payer les dettes contractées au nom de la société, et suspendues par une condition.

17. *Modestin au liv. 9 des Règles.*

Un des cohéritiers qui a acheté du créancier du testateur un fonds qui lui avoit été donné en gage, ne peut être actionné par ses cohéritiers à l'effet de partager ce fonds avec eux.

18. *Javolenus au liv. 2 des Lettres.*

Le juge en matière de partage, ne peut point imposer une servitude sur un fonds

§. 2. Si conveniat, ne omnino divisio fiat, hujusmodi pactum nullas vires habere, manifestissimum est. Sin autem intra certum tempus, quod etiam ipsius rei qualitati prodest, valet.

De pacto.

§. 3. Si inter socios convenisset, ne intra certum tempus societas divideretur, quin vendere liceat ei qui tali conventionione tenetur, non est dubium: quare emptor quoque communi dividundo agendo, eadem exceptione summovebitur, qua auctor ejus summovertetur.

§. 4. Si paciscatur socius, ne partem suam petat, effectu tollitur societas.

15. *Idem lib. 5 ad Plautium.*

Si socius servi communis nomine conventus, et condemnatus sit, ager communi dividundo, et antequam præstet: nam et si noxali judicio cum uno actum sit, statim ager cum socio; ut ei pars tradatur: cautionibus interpositis, ut si non dederit, reddet.

De solutione ob servum communem.

16. *Idem lib. 6 ad Plautium.*

Cum socii dividunt societatem, de eo quod sub conditione deberetur, cautiones intervenire solent.

De eo quod sub conditione debetur.

17. *Modestinus lib. 9 Regularum.*

Qui coheredes habet, si fundum pignori datum à testatore suo, comparaverit à creditore, non debet à coheredibus judicio communi dividundo conveniri.

Si coheres fundum comparavit à creditore.

18. *Javolenus lib. 2 Epistolarum.*

Ut fundus hereditarius fundo non hereditario serviat, arbiter disponere non

De servitute imponenda, et

de potestate judicis.

potest : quia ultra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest.

19. *Paulus lib. 6 ad Sabinum.*

De his quæ sunt in confinio.

Arbor quæ in confinio nata est, item lapis qui per utrumque fundum extenditur, quandiu cohæret fundo, è regione cuiusque finium, utriusque sunt; nec in communi dividundo iudicium veniunt. Sed cum aut lapis exemptus, aut arbor eruta, vel succisa est, communis pro indiviso fiet et veniet in communi dividundo iudicium : nam quod erat finitis partibus, rursus confunditur. Quare duabus massis duorum dominorum conflatis, tota massa communis est, etiam si aliquid ex prima specie separatim maneat : ita arbor et lapis separatus à fundo, confundit jus domini.

De vestibulo.

§. 1. De vestibulo communi binarum ædium arbiter communi dividundo invito utrolibet dari non debet : quia qui de vestibulo liceri cogitur, necesse habet interdum totarum ædium pretium facere, si aliàs aditum non habet.

De via et impensis in eam factis.

§. 2. Si per eundem locum via nobis debeatur, et in eam impensa facta sit, durius ait Pomponius communi dividundo, vel pro socio agi posse : quæ enim communio iuris separatim intelligi potest? Sed negotiorum gestorum agendum.

De servo qui in fuga est.

§. 3. Iudex communi dividundo, item familiæ erciscundæ, de servo qui in fuga

de la succession au profit d'un fonds qui n'en dépend pas, parce que son autorité ne s'étend que sur les objets qui doivent faire la matière de son jugement.

19. *Paul au liv. 6 sur Sabin.*

L'arbre qui est né sur les limites de deux fonds, une pierre qui s'étend pareillement sur les deux fonds, appartient aux deux maîtres, suivant la place qu'ils occupent sur l'un et l'autre fonds, tant qu'ils sont cohérens à la terre; il ne peut y avoir lieu à leur égard à l'action en partage. Mais si l'arbre est arraché ou la pierre ôtée, ils deviennent communs par indivis entre les deux maîtres, et ils peuvent en demander le partage; car leurs parties qui étoient déterminées lorsque ces choses tenoient à la terre, sont confondues entre les deux maîtres. Par conséquent comme deux masses de métal appartenantes à deux maîtres différens, ayant été fondues ensemble, le lingot qui résulte de cette fusion est commun entre les deux maîtres, quand même il resteroit encore quelques traces de la forme particulière qu'elles avoient chacune, ainsi l'arbre ou la pierre étant séparé de la terre, le domaine est confondu entre les deux maîtres, sans qu'ils puissent réclamer les parties qui étoient sur leur fonds lorsque ces choses étoient cohérentes à la terre.

1. S'il y a une entrée commune à deux maisons, le juge ne doit point la partager malgré l'un des propriétaires; parce que celui qui est obligé de laisser adjudger à l'autre l'entrée commune, peut souffrir par la licitation la perte entière de sa maison, si on suppose qu'elle ne puisse point avoir d'autre entrée.

2. Si nous sommes plusieurs à qui il soit dû un chemin par le même endroit, et que l'un de nous y ait fait quelque réparation, Pomponius dit qu'il peut s'en faire tenir compte en intentant contre les autres l'action en division d'une chose commune ou l'action de la société; mais ce sentiment me paroît trop rigoureux; car enfin, quelle société peut-il y avoir entre des personnes qui ont séparément un droit à exercer sur le même lieu? Cependant on pourroit recourir en ce cas à l'action de la gestion des affaires d'autrui.

3. Le juge en matière de partage d'une succession ou d'une chose commune, doit

ordonner à l'égard d'un esclave commun qui est en fuite, qu'il sera licite entre les copartageans, et l'adjudger à celui qui aura porté plus haut l'enchère; et il n'y a pas à craindre en ce cas que la peine portée par la loi Favia puisse avoir lieu.

4. Labéon dit que le chemin qui sert de lit à un conduit d'eau ne peut être divisé; car ou c'est une servitude qui appartient au fonds, et alors elle ne peut être partagée, ou elle est séparée du fonds, et alors elle se trouve divisée soit par la mesure des portions qui appartiennent aux copartageans, soit par les temps différens dans lesquels ils pourront faire usage de la servitude. Il peut cependant arriver que des servitudes soient séparées du fonds, sans être divisées suivant les portions ou les temps; par exemple, quand celui à qui ces servitudes étoient dues meurt en laissant plusieurs héritiers. Lorsque cela arrive, il est juste qu'on règle dans le jugement du partage de la succession, ce que les cohéritiers devront réciproquement observer. Pomponius dit qu'il ne voit pas pourquoi ce partage ne pourroit point avoir lieu dans l'action en division d'une chose commune, comme il a lieu dans le partage de la succession. Ainsi, dans les cas proposés, le juge en matière de division d'une chose commune pourra ou partager l'usage de ces servitudes suivant les portions adjudgées aux copartageans, ou le distribuer en des temps différens.

20. *Pomponius au liv. 15 sur Sabin.*

Si un des propriétaires se rend coupable de contumace ou de rébellion, et que le juge, pour le punir, ordonne que ses maisons seront détruites, ses arbres coupés, son associé aura l'action en partage pour se faire indemniser du tort qu'il souffre à cette occasion; car le jugement en partage s'étend à tout ce qu'un associé a perdu par la faute de l'autre.

21. *Ulpian au liv. 30 sur Sabin.*

Le juge en partageant une chose commune, doit avoir égard à ce qui est le plus avantageux aux copartageans, ou à ce qui leur plaît davantage à tous.

22. *Pomponius au liv. 30 sur Sabin.*

Si je bâtis un mur tant en mon nom qu'à celui de mon voisin, dans le dessein de lui redemander la moitié des frais, ou dans

est, jubere debet liceri eos inter quos judex est, et tunc eum adjudicare ei penes quem licitatio remansit: nec erit periculum, ne ex senatusconsulto poena legis Faviæ committatur.

§. 4. *Aquarum iter in judicium communi dividundo non venire*, Labeo ait: nam aut ipsius fundi est, et idè in judicium non venit: aut separatim à fundo, divisum tamen aut mensura, aut temporibus. Sed possunt jura interdum et separata à fundo esse, et nec mensura, nec temporibus divisa: veluti cum is cujus fuerunt, plures heredes reliquit: quod cum accidit, consentaneum est et ea in arbitrio familiæ eriscundæ venire. Nec videre inquit Pomponius, quare minus in communi dividundo, quàm familiæ eriscundæ judicium veniat. Igitur in hujusmodi specibus etiam in communi dividundo judicio venit, ut præfata jura, aut mensura, aut temporibus dividantur.

De aquæductu.

20. *Pomponius lib. 15 ad Sabinum.*

Si is cum quo fundum communem habes, ad delictum non respondit, et ob id motu judicis villa diruta est, aut arbusta succisa sunt, præstabitur tibi detrimendum judicio communi dividundo: *quidquid enim culpa socii amissum est, eo judicio continetur.*

De damno, quod culpa socii contigit.

21. *Ulpianus lib. 30 ad Sabinum.*

Judicem in prædiis dividundis, quod omnibus utilissimum est, vel quod malint litigatores, sequi convenit.

De officio judicis.

22. *Pomponius lib. 30 ad Sabinum.*

Si meo, et vicini nomine parietem ædificem, vel repetiturus ab eo pro parte impensam, vel donationis gratia, com-

Si quis suo, et vicini nomine ædificet.

munis fiet paries.

23. *Ulpianus lib. 52 ad Edictum.*

Si convenerit inter socios, ut fructus alternis annis perciperent.

Si convenerit inter te et socium tuum, ut alternis annis fructum perciperetis, et non patiatür te socius tui anni fructum percipere, videndum utrüm ex conducto sit actio, an verò communi dividendo? Eadem quæstio est, et si socius qui convenerat, ut alternis annis frueretur, pecus immisit, et effecit ut futuri anni fructus quos socium percipere oportuit, corrumpèrentur? Et puto magis communi dividendo iudicium, quàm ex conducto locum habere: (quæ enim locatio est, cum merces non interceserit?) aut certè actionem incerti civilem reddendam.

24. *Julianus lib. 8 Digestorum.*

De acquisitis à servo communi

Communis servus si ex re alterius dominorum adquisierit, nihilominus commune id erit: sed is ex cuius re acquisitum fuerit, communi dividendo iudicio eam summam præcipere potest: quia fidei bonæ convenit, ut unusquisque præcipuum habeat, quod ex re ejus servus adquisierit.

De alienatione iudicii mutandi causa.

§. 1. Cum agere tecum communi dividendo vellem, partem tuam Titio tradidisti, mutandi iudicii causa: teneris mihi prætoria actione, quòd fecisses ne tecum communi dividendo ageretur.

25. *Idem lib. 12 Digestorum.*

De solutione servi communis nomine.

Si Stichus communis meus et tuus servus habuerit Pamphilum vicarium aureorum decem, et mecum actum de peculio fuerit, condemnatusque decem præstitero, quamvis postea Pamphilus deceserit, nihilominus actione communi dividendo, vel pro socio quinque millia præstare debebis: quia te hoc ære alieno liberavi. Longè magis consequar, si Stichus post mortem Pamphili alium vicarium adquisierat.

l'intention de lui en faire présent, le mur est commun.

23. *Ulpian au liv. 52 sur l'Edit.*

Si vous êtes convenu avec votre associé de jouir alternativement d'année en année, et qu'il ne veuille point vous laisser jouir pendant votre année, c'est une question de savoir si vous avez contre lui l'action en partage ou celle qui vient du loyer. La même question peut encore être agitée dans le cas où un associé avec lequel on est convenu de jouir alternativement d'année en année d'un fonds de terre, y auroit mis un troupeau qui l'eût tellement ravagé que l'autre associé fût hors d'état de percevoir les fruits de l'année suivante. Je pense qu'il y a lieu à l'action en partage plutôt qu'à celle du loyer. En effet, on ne peut point supposer de location, sans une certaine somme qu'on donne pour le loyer. On pourroit tout au plus accorder en ce cas une action civile, dont l'objet seroit de demander une chose qu'on ne pourroit désigner.

24. *Julien au liv. 8 du Digeste.*

Si un esclave commun acquiert quelque chose en administrant les biens d'un de ses maîtres, ce qu'il aura acquis sera commun; mais lors du partage, l'associé des biens duquel cette acquisition sera provenue, pourra prélever la somme, parce que la bonne foi qui doit servir de règle dans cette action, exige que chaque associé ait par préciput ce que l'esclave commun a acquis de ses biens.

1. Comme j'étois prêt à former contre vous la demande en partage, pour changer la face des choses, vous avez vendu votre portion à Titius. J'ai contre vous une action prétorienne, parce que vous n'avez fait cette aliénation que pour m'empêcher de former ma demande contre vous.

25. *Le même au liv. 12 du Digeste.*

Si Stichus, esclave commun entre vous et moi, a dans son pécule un esclave nommé Pamphile, du prix de dix pièces d'or, et qu'on ait intenté contre moi l'action du pécule par l'événement de laquelle j'ai été condamné, et que j'aie payé dix pièces d'or, quoique l'esclave Pamphile soit mort, j'ai toujours contre vous l'action en partage ou l'action de la société pour vous redemander la moitié de ce que j'ai payé; parce que je vous ai acquitté d'autant. A plus forte raison me ferois-

je payer de cette moitié, si, après la mort de Pamphile, Stichus avoit acquis un autre esclave dans son pécule.

26. *Alfenus Varus au liv. 2 du Digeste.*

Un esclave commun qui demeurait chez un des associés s'est cassé la jambe en travaillant. On demandoit quelle action auroit l'autre associé contre celui chez lequel demeurait l'esclave? J'ai répondu que si ce dommage arrivé à la chose commune pouvoit être attribué à la faute de cet associé, plutôt qu'au hasard, le juge du partage lui en feroit tenir compte.

27. *Paul au liv. 3 de l'abrégé du Digeste d'Alfenus.*

Un seul associé ne peut mettre un esclave commun à la question que pour découvrir de lui quelque chose qu'il est de l'intérêt commun de connoître.

28. *Papinien au liv. 7 des Questions.*

Sabin pense qu'un des copropriétaires ne peut rien faire sur une chose commune malgré l'autre: d'où on voit qu'un associé n'a que le droit d'empêchement sur l'autre; car, toutes choses égales d'ailleurs, la préférence est due à celui qui empêche quelque innovation. Cependant quoiqu'un copropriétaire puisse empêcher l'autre de faire quelque chose sur un fonds commun, il ne peut pas le forcer à détruire un édifice qu'il y auroit construit, si pouvant l'empêcher de le construire, il ne l'a pas fait. L'action en partage n'aura doncici pour objet que la réparation du tort qu'il peut souffrir de cette entreprise de son copropriétaire. Si la consenti que cet édifice fût construit, il n'aura pas alors d'action pour se faire indemniser du tort qu'il peut en souffrir. Mais si, en l'absence de son associé, un des maîtres construisoit quelque chose pour lui faire tort, il seroit obligé de le jeter bas.

29. *Paul au liv. 2 des Questions.*

Si quelqu'un fait de la dépense dans un fonds qu'il croit être commun entre lui et Mævius, pendant qu'il est commun entre lui et Titius, on doit dire que pour se faire tenir compte de ces dépenses, l'action qu'il a pour demander le partage doit lui suffire; car cette action doit avoir lieu toutes les fois que je sais qu'une chose m'est commune avec un autre, quoique j'ignore avec qui. Dans ce cas, je ne gère point les affaires de

Tome II.

26. *Alfenus Varus lib. 2 Digestorum.*

Communis servus, cum apud alterum esset, crus fregit in opere. Quærebatur, alter dominus quid cum eo penes quem fuisset, ageret? Respondi, siquidem culpa illius magis quam casu, res communis damni cepisset, per arbitrum communi dividendo posse recuperare.

Si servus apud alterum ex dominis crus fregit.

27. *Paulus lib. 3 Epitomarum Alfeni Digestorum.*

De communi servo unus ex sociis quæstionem habere, nisi communis negotii causa, jure non potest.

De quæstione. De communi servo.

28. *Papinianus lib. 7 Quæstionum.*

Sabinus, in re communi neminem dominorum jure facere quicquam, invita altero, posse. Unde manifestum est, prohibendi jus esse: in re enim pari potiorum causam prohibentis constat. Sed etsi in communi prohiberi socius à socio, ne quid faciat, potest, ut tamen factum opus tollat, cogi non potest, si cum prohibere poterat, hoc prætermisit. Et ideò per communi dividendo actionem damnnum sarciri poterit. Sin autem facienti consensit, nec pro damno habet actionem. Quod si quid absente socio, ad læsionem ejus fecit, tunc etiam tollerere cogitur.

De eo quod unus ex dominis facere vult, aut fecit in re communi.

29. *Paulus lib. 2 Quæstionum.*

Si quis, cum existimaverit fundum communem sibi cum Mævio esse, quem cum Titio communem habebat, impendisset, rectè dicitur etiam communi dividendo judicium ei sufficere: hoc enim est, si sciam rem communem esse, ignorem autem, cujus socii. Neque enim negotia socii gero, sed propriam rem tueor: et magis ex re, in quam impenditur, quam ex persona socii, actio nascitur.

De eo qui scit, aut ignorat, se habere socium.

Denique ea actione pupillum teneri dicimus, ut impendia restituat officio iudicis. Diversa causa est ejus qui putat se in rem propriam impendere, eum sit communis : huic enim nec communi dividendo iudicium competit, nec utile dandum est. Ille enim qui scit rem esse communem, vel aliena negotia eo animo gerit, ut aliquem sibi obliget, licet in persona labitur.

De iudice possedendo. De socio mutuo.

§. 1. Pomponius scripsit, posci iudicem posse à quolibet sociorum : sed etiam si unus ex sociis mutus erit, rectè cum eo communi dividendo agi.

30. Scævola lib. 1 Responsorum.

Communi dividendo iudicio rectè agi, sive neuter possideat, sive alter sociorum fundum non possideat.

31. Paulus lib. 15 Responsorum.

Bina mancipia quæ ex hereditate paterna jussu prætoris, pupillis, ministerii causa, reservata essent, divisa non videri, sed omnium communia permanisse.

TITULUS IV.

AD EXHIBENDUM.

1. Ulpianus lib. 24 ad Edictum.

HÆC actio perquam necessaria est, et vis ejus in usu cottidiano est, et maxime propter vindicationes inducta est.

2. Paulus lib. 21 ad Edictum.

Exhibere est facere in publico potestatem, ut ei qui agat, experiundi sit copia.

3. Ulpianus lib. 24 ad Edictum.

In hac actione actor omnia nosse de-

mon associé comme d'un étranger; c'est mon propre intérêt que je défends, et l'action que j'ai pour me faire tenir compte de ces dépenses naît plutôt de la communauté de la chose que de la personne de mon associé. Enfin on doit dire que le pupille est aussi soumis à cette action, à l'effet de rendre par l'autorité du juge les dépenses faites sur la chose commune. Il n'en est pas de même de celui qui croit faire des dépenses sur une chose qui lui est propre, pendant qu'elle lui est commune avec un autre; car il n'a pour se faire tenir compte de ces dépenses, ni l'action directe du partage, ni l'action utile. En effet, on ne peut accorder d'action qu'à celui qui savoit que la chose étoit commune, ou qui, en prenant soin de la chose d'autrui, a eu intérêt d'obliger le maître envers lui, quoiqu'il se soit trompé sur la personne.

1. Pomponius écrit que tout associé peut demander un juge pour partager les effets communs, et que l'instance du partage peut avoir lieu quoiqu'un des associés soit muet.

30. Scævola au liv. 1 des Réponses.

L'instance en partage a lieu quand même aucun des associés ou un seul d'entr'eux seroit en possession de la chose commune.

31. Paul au liv. 15 des Réponses.

J'ai répondu que deux esclaves que le préteur avoit réservés sur la succession du père pour servir les pupilles, n'étoient point partagés entr'eux, mais continuoient de leur appartenir en commun.

TITRE IV.

DE L'ACTION QU'ON A POUR SE

FAIRE REPRÉSENTER UNE CHOSE.

1. Ulpien au liv. 24 sur l'Edit.

CETTE action si nécessaire est d'un usage journalier : elle a été introduite principalement en faveur de ceux qui veulent revendiquer une chose qui leur appartient.

2. Paul au liv. 21 sur l'Edit.

Représenter une chose, c'est la produire publiquement, afin que le demandeur puisse agir en conséquence.

3. Ulpien au liv. 24 sur l'Edit.

Celui qui intente cette action doit connoi-

Utilitas, usus hujus actionis.

Quid sit exhibere.

De forma libelli.

tre la chose dont il demande la représentation, et en donner les renseignements.

1. Lorsqu'on demande la représentation d'une chose, on ne prétend pas déclarer par là qu'on en est le maître, et on n'est point obligé de prouver sa propriété; parce que cette représentation peut être demandée à plusieurs titres.

2. On doit encore remarquer que dans cette action, le défendeur qui refuse d'obéir à l'injonction du juge sera condamné envers le demandeur, et sur son serment, à des dommages et intérêts dont la somme sera taxée par le juge.

3. Cette action est personnelle et appartient à quiconque doit intenter une action réelle quelle qu'elle soit, même l'action pignératice, Servienne ou hypothécaire, qui sont des actions par lesquelles les créanciers poursuivent contre tout possesseur le gage qu'ils ont reçu de leur débiteur.

4. Pomponius pense que cette action appartient à celui qui veut revendiquer un droit d'usufruit sur la chose dont il demande la représentation.

5. On l'accordera encore à celui qui demandera la représentation de la chose pour en obtenir ensuite la possession par une action possessoire.

6. Il en est de même de celui à qui on a légué le choix de plusieurs esclaves ou de plusieurs choses; il peut demander qu'on les lui représente pour en revendiquer une ensuite.

7. Avant d'intenter l'action Aquilienne, il faut former une demande en représentation de l'esclave qui a causé le tort. En effet si le maître de l'esclave offre de le défendre, et que le demandeur ne puisse pas le désigner à moins qu'on ne lui en représente plusieurs, soit parce qu'il ne connoît pas l'esclave ou qu'il ignore son nom, n'est-il pas juste qu'on lui représente tous les esclaves de la maison, pour qu'il reconnoisse celui qui est coupable? Cette représentation doit lui être accordée en connoissance de cause, afin qu'ayant passé en revue tous les esclaves de ce maître, il puisse désigner celui au nom duquel il entend intenter l'action Aquilienne.

8. Si quelqu'un qui n'est pas héritier, demande qu'on lui représente un testament,

bet, et dicere argumenta rei de qua agitur.

§. 1. Qui ad exhibendum agit, non utique *dominum se dicit*, nec debet ostendere; cum multæ sint causæ ad exhibendum agendi.

§. 2. Præterea in hac actione notandum est, quod reus contumax per in litem jusjurandum petitoris damnari possit ei, *judice quantitatem taxante.*

De iurejurando in litem.

§. 3. Est autem personalis hæc actio, et ei competit, qui in rem acturus est, qualicumque in rem actione, etiam pignoratitia, Serviana, sive hypothecaria, quæ creditoribus competunt.

Qualis sit hæc actio. De vindicatione.

§. 4. Sed et usumfructum petitorio competere ad exhibendum Pomponius ait.

De usufructu.

§. 5. Sed et si quis interdicturus, rem exhiberi desideret, audietur.

De interdictis.

§. 6. Item si optare velim servum, vel quam aliam rem, cujus optio mihi relicta est, ad exhibendum me agere posse constat, ut exhibitis possim vindicare.

De optione legata.

§. 7. Si quis noxali judicio experiri velit, ad exhibendum ei actio est necessaria. Quid enim, si dominus quidem paratus sit defendere, actor verò designare non possit, nisi ex præsentibus, quia aut servum non recognoscit, aut nomen non tenet; nonne æquum est ei familiam exhibere, ut noxium servum adgnoscat? Quod ex causa debet fieri, ad designandum eum cujus nomine noxali quis agit, recensitione servorum facta.

De noxali actione.

§. 8. Si quis extra heredem tabulas testamenti, vel codicillos, vel quid aliud

De tabulis exhibendis.

ad testamentum pertinens exhiberi velit, dicendum est, per hanc actionem agendum non esse : cum sufficiant sibi interdicta in hanc rem competentia. Et ita Pomponius.

De eo cujus interest exhiberi

§. 9. Sciendum est autem, non solum eis quos diximus, competere ad exhibendum actionem, verum ei quoque cujus interest exhiberi. Judex igitur summam debet cognoscere, an ejus intersit, non an ejus res sit; et sic jubere vel exhiberi, vel non, quia nihil interest.

Quamvis vindicationem non habeat.

§. 10. Plus dicit Julianus, et si vindicationem non habeam, interim posse me agere ad exhibendum, quia mea interest exhiberi: utputa, si mihi servus legatus sit, quem Titius optasset: agam enim ad exhibendum; quia mea interest exhiberi, ut Titius optet, et sic vindicem: quamvis exhibitum ego optare non possim.

De causa exhibitionis.

